

255.

Erzbischof Arnold von Mainz übergibt und bestätigt in dem vom Landgrafen Ludwig abgehaltenen Landding zu Mittelhausen das von dem Abte Eberhard von Gerode einem gewissem Gunzelin von Grosus abgekaufte Gut zu Brustede dem genannten Abte. — Zeuge: Markgraf Otto. 1154.

Gedr.: Wolf, Polit. Gesch. des Eichsfeldes 1,8. — Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXIX, 6.

5

In nomine sancte et individue trinitatis. Arnoldus divina favente clementia Moguntine sedis archiepiscopus. Nostre speculationis exigit officium, omnibus quidem subditis nostris pie consulere, paterne providere, maxime autem domesticis fidei, et iis, qui nihil in mundo possidentes communi vita in coenobiis degunt et voluntariam pro deo sustinentes paupertatem, ita videlicet ut, quidquid eorum diligentia ecclesiis dei conquisierit 10 vel pia fidelium devotio contulerit, auctoritate nostra studeamus confirmare, ne succedentium temporum vestutate veniant in oblivionem et negligentiam. Notum igitur esse volumus universis tam futuris quam presentis evi Christi fidelibus, qualiter quidam fidelis dei et utilis servus videlicet Eberhardus abbas in Gerenrod a quodam Gunzelino de Grosus quoddam predium, quod habuit in Brustede, sub presentia et conniventia omnium eiusdem 15 Gunzelini coheredum libere et absque omni emit contradictione. Ut autem firmior esset emptio atque venditio, prefatus Gunzelinus in legali et communi placito patrie Mitlehusen coram provinciali comite Ludowigo rogatu abbatis Eberhardi prememoratum predium in Brustet in manus quatuor nobilium videlicet Sizonis comitis, Ludovici comitis de Lara, Friderici comitis de Bichlingen, Segebotonis [de] Schartefeld tali delegavit conditione, ut, 20 quo et quando iam dictus abbas expostularet, a fidei sponsione se solventes predium illud delegarent. Erfordie igitur in presentia nostra antefati quatuor nobiles abbate Eberhardo admonente et rogante predium illud in Brustede ecclesie beate Marie matris domini et sancti Michaelis in Gerode ad communem usum fratrum inibi deo famulantium per manus advocati Erwini comitis et fratris sui Ernesti delegaverunt. Ut autem hec emptio atque 25 delegatio rata et inconvulsa omni permaneret evo, hec charta impressione sigilli nostri insignita eam stabilivimus et corroboravimus et, ne hoc pietatis opus aliqua manus impia cassare aut infringere presumat, sub anathemate prohibuimus. Huius rei testes sunt. Henricus prepositus sancte Marie in Erpesfurt. Burhardus prepositus de Gicheburg. Godeboldus prepositus de Frideslare. Sigelous camerarius Moguntinus. Adelbertus pre- 30 positus sancti Severini. Giselbertus prepositus. Conradus prepositus. Capellani. Rudingus. Rudolphus. Gumbertus. Gernoldus. De laicis. Otto marchio de Camburg^a). Hermannus comes filius Adelberti marchionis. Wilhelmus comes de Glizberg. Godefridus comes de Cigenhagen et Poppo frater eius. Emicho comes de Bomenburg. Adelbertus comes de Eberstein. De ministerialibus. Embrico comes Rheni. Henricus videdominus. Wernherus 35 dapifer. Hartroc pincerna. Conradus. Godeboldus. Hartwigius marschalcus. Burchardus de Assenburg. Conradus de Heppeherfde. Meingo de Kirchdorf. Sigiboldus. Hartvigus